12

CONSTRUCTIO
CALENDARII GREGORIANI
Sub auſpiciis SS. D. N.
BENEDICTI XIII.
ORDINIS PRÆDICATORUM

PROPUGNATA

A'

PETRO GREGORIO
BONCOMPAGNO
Seminarii Romani Convictore.



12

ROMÆ MDCCXXIX.
Typis Georgii Plachi Apud S. MARCUM.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

COSTRUZZIONE
D E L
CALENDARIO GREGORIANO

Sotto gl' auſpizi di N. S. PAPA

BENEDETTO XIII.

dell' Ordine de' Predicatori

DIFESA

DA

PIER GREGORIO
BONCOMPAGNI

Convittore del Seminario Romano.

Digitized by Google

BEATISSIME PATER

SUB auſpiciis SANCTITATIS VESTRÆ in lucem proferre, ac propugnare audeo Conſtructionem Calendarii Gregoriani, cujus precepta ita emollire nitor, ut computo Eccleſiaſtico quaſi animi relaxandi gratia imbui poſſint etiam qui Aſtronomiam minus callent, vel curis aliis diſtinentur. Conſtitutio, quæ incipit *Creditæ nobis diſpenſationis officium* apertè docet quantum Beatitudini Veſtræ cordi ſit, ut in Seminariis Eccleſiaſticis vigeat hoc ſtudiorum genus; & GREGORIUS XIII. ſacrorum caſtigatione faſtorum quodam quaſi jure hæreditario in poſteros transfuſo non patitur me ignorare ſine dedecore quod illi perficere laudi fuit. Idcirco gemina ſpe ducor fore, ut hanc qualemcunque obſequii mei teſſeram ea animi benevolentia complectatur Sanctitas Veſtra, quam familiæ meæ honorificentiſſimam ſemper exhibere dignata eſt, quod & majorum meorum veſtigiis inſiſtere, & ſtudiis meis exequi allaborem paterna conſilia Sanctitatis Veſtræ, ante cujus thronum provolutus Sanctiſſimos deoſculor pedes.

S. V.

Humillimus Servus
Petrus Gregorius Boncompagni

Digitized by Google

BEATISSIMO PADRE.

SOTTO gl' auſpizj di VOSTRA SANTITA ardiſco mettere in publico, e difendere la Coſtruzzione del Calendario Gregoriano, i precetti di cui m'ingegno talmente agevolare, che ancora le perſone meno inteſe d'Aſtronomia, o impegnate in altri affari apprender poſſano come per diporto il Computo Eccleſiaſtico. La Coſtituzione, che incomincia Creditæ nobis diſpenſationis officium *da chiaramente ad intendere quanto ſia a Cuore di Voſtra Beatitudine, che tal ſorte di ſtudi fioriſca ne' Seminari Eccleſiaſtici; e GREGORIO XIII. colla riforma de' faſti ſacri quaſi per dritto ereditario ne' poſteri tramandato non mi permette d'ignorare ſenza vergogna cio, che a lui fù di gloria l'eſeguire. Onde ho doppia fiducia, che queſto qualunque atteſtato del mio oſſequio debba eſſere dalla Santità Voſtra rimirato con quella benignità, con cui ſi è ſempre degnata di onorare la mia Casa, mentre procuro e di calcare l'orme de' miei maggiori, è di eſeguire ne' miei ſtudj i paterni conſigli di Voſtra Santità proſtrato innanzi al cui trono le bacio i Santiſſimi piedi.*

D. V. S.

Umiliſſimo Servitore
Pier Gregorio Boncompagni

Digitized by Google

PROPOSITIO I.

Calendarium conſtruere

BIna quadrata æqualia in columnas duodecim dividantur, quarum fronti immineant ſolarium menſium nomina Januarius, Februarius, & reliqua ex ordine. Singulis menſibus apponantur numeri dierum imputatis Februario diebus 28. ut annus Solaris in Calendario ſit communis. Primis ſeptem Januarij diebus adſcribantur primæ ſeptem alphabeti literæ a, b, c, d, e, f, g, quibus ſuccedant eædem ſimiliter repetitæ uſque ad Calendarii finem. Tum notentur epactæ, ſeu triginta numeri romanis caracteri bus expreſſi, & progredientes ordine retrogrado diebus menſium ita, ut Calendis Januarij reſpondeat Epacta nulla, vel trigeſima, quæ notatur aſteriſco *: diei 2. Januarij epacta XXIX. diei 3. Epacta XXVIII. & ſic de cæteris uſque ad 30. Januarij, cui reſpondere debet epacta I. Eædem epactæ repetantur hoc ordine retrogrado uſque ad 4. diem Februarij, ubi Epacta Romana XXVI. combinanda eſt cum arabica 25. & binæ Epactæ Romanæ ſequentes XXV., XXIV. adſcribantur diei ſequenti, quibus adjungendo reliquas ultimæ diei Februarij reſpondebit Epacta I. Hac lege repetantur Epactæ uſque ad anni ſolaris finem

PROPOSIZIONE I.

Formare il Calendario.

SCompartite due quadrati uguali in dodici colonne notando in cima ad eſſe i nomi de' meſi ſolari Gennaro, Febraro e gl'altri per ordine. Aggiugnete a'meſi i numeri de'loro giorni dandone a Febraro 28. acciò l'anno ſul Calendario ſia commune. In faccia a' primi ſette giorni di Gennaro ſcrivete le prime ſette lettere dell' alfabeto a, b, c, d, e, f, g, ripetendole allo ſteſſo modo per tutto il Calendario. Poſcia notate l' Epatte, cioè trenta numeri in carattere romano con ordine retrogrado a'giorni de' meſi oſſervando, che l'Epatta nulla, o trenteſima denotata dalla ſtelletta * corriſponda al primo di Gennaro: l'epatta XXIX. al 2. la XXVIII. al 3., e così dell' altre fino a'30. Gennaro dove va poſta l' Epatta I. Replicate le medeſime Epatte coll'ordine di prima fino a'4. Febraro, dove l' Epatta Romana XXVI. va combinata coll'araba 25. e le due Romane ſeguenti XXV. XXIV. vanno date per compagne del dì ſeguente coll' aggiugnervi le altre in guiſa, che Febraro finiſca coll' Epatta I. Queſt'è la legge con cui dovete notare l'Epatte per tutto il Calendario ſcrivendole come dimoſtra la coſtruzzione, e mantenendo l'alternativa

fin-

deſcribendo illas ea alternatione, & combinatione ſervata, quam conſtructio exhibet ita, ut ultimæ diei Decembris reſpondeat Epacta Romana XX. quæ conjungenda eſt cum Epacta Arabica 19. Demum ſuperaddantur characteres ſignorum Zodiaci, nempe Aries ad 21. Martij, Taurus ad 21. Aprilis, Gemini ad 22. Maii, Cancer ad 22. Iunii, Leo ad 23. Iulii, Virgo ad 23. Auguſti, Libra ad 23. Septembris, Scorpio ad 24. Octobris, Sagittarius ad 23. Novembris, Capricornus ad 22. Decembris, Aquarius ad 21. Ianuarii, Piſces ad 19. Februarii, atque abſoluta erit Conſtructio Calendarii Q. E. F.

finche all'ultimo giorno di Decembre riſponda l' Epatta XX. che va accoppiata coll'Epatta Araba 19. Da ultimo regiſtrate à dovuti luoghi le cifre de' Segni del Zodiaco, cio è l'Ariete a' 21. Marzo, il Toro a' 21. Aprile: i Gemelli a'22. Maggio, il Granchio a' 22. Giugno, il Leone a'23. Luglio, la Vergine a'23. Agoſto, la libra a' 23. Settembre, lo Scorpione a' 24. Ottobre, l'Arciere à' 23. Novembre, il Capricorno a' 22. Decembre, l'Aquario a' 21. Gennaro, i Peſci a'19. Feararo, e ſarà compita la coſtruzzione del Calendario, il che era da fare.

PROPOSITIO II.

Uſum Calendarii explicare.

Literę diebus menſium adſcriptæ vocantur Dominicales, quia quotannis diem Dominicam manifeſtant. Exempli gratia cum anni 1729. litera Dominicalis ſit (*b*) eodem annó Dominica recurrit omnibus diebus, quibus in Calendario adhæret litera (*b*), cumque anni ſequentis 1730. litera Domicalis ſit (*a*) ejuſdem anni Dominica celebrabitur omnibus illis diebus, qui in Calendario copulantur cum litera (*a*). Biſſextiles computantur unam diem mente inſerendo inter 24. & 25.

PROPOSIZIONE II.

Spiegare l' uſo del Calendario.

LE Lettere corriſpondenti a' giorni del Calendario chiamanſi Domenicali, perche manifeſtano le Domeniche di qualunque anno. Come per eſſere (*b*) la Domenicale del 1729. in tal' anno viene la Domenica in tutti que' giorni, che ſul Calendario hanno al fianco la lettera (*b*), e per eſsere (*a*) la Domenicale del 1730. ſi farà Domenica nell'anno ſteſso in tutti que' giorni, che ſul Calendario vanno accoppiati colla lettera (*a*). I Biſſeſtili ſi contano coll'inſerire mentalmen-

25.Februarii, ſive quod eodem redit, bis perſiſtendo in 24 Februarii, atque id circo annis biſsextilibus gemina litera Dominicalis adhibetur, quarum prima uſum habet a Calendis Ianuarii ad 24. Februarii, altera a 24. Februarii ad ejuſdem anni Solaris finem. Ergo ad cognoſcendam quotannis Dominicam, atque adeo quam vis aliam hebdomadę diem ſatis erit regulam tradere, qua litera Dominicalis currens invenitur.

Epactæ indicant primam lunæ diem non deſumendam a luminarium congreſsu, ſed à nova Lunæ illuminatione, quæ uno, vel altero poſt conjunctionem die ſenſibilis eſt vocaturque Neomenia, vel Novilunium civile, & quotannis in Calendario ab Epacta currente manifeſtatur. Ut quia Epacta anni 1729. eſt *, prima Lunæ dies, quæ etiam Luna prima dicitur hoc anno incidit in omnes eos dies, quibus in Calendario præfigitur Epacta *, & quia anni 1730. Epacta erit XI. continget prima Luna iis anni Solaris diebus, qui in Calendario cum Epacta XI. copulantur. Nihil refert communis ne ſit an biſ. ſextilis annus Solaris, quia biſſextus non mutat epactas; neque expectandus eſt Martius, ſed novo anno ſolari ineunte nova epacta aſſumitur, & totius anni decurſu invariata retinetur. ergo ad cognoſcendas quotannis Neomenias, at-

mente un giorno tra li 24. e 25. di Febraro, o ciò, che torna il medeſimo col preſiſtere per due giorni ne' 24. Febraro, e perciò ne' Biſſeſtili ſi adoprano due lettere Domenicali ſervendo la prima da capo d'anno al Biſſeſto la ſeconda dal Biſſeſto al fine dell'anno. Dunque per ſapere le Domeniche di qualunque anno baſterà dare la regola di trovare ogn' anno la lettera Domenicale corrente, il che ſervirà altresì per indagare qualunque altro giorno della ſettimana.

L'Epatte dimoſtrano il primo giorno della Luna, che non ſi prende dal congreſſo de'due Luminari, ma dalla nuova illuminazione della Luna ſolita a divenire ſenſibile uno, o due giorni dopo la congiunzione. Tale illuminazione chiamaſi Luna novella, o novilunio civile, ed ogn'anno reſta eſpreſſa ſul Calendario dall'Epatta corrente. Come per eſſere * l'epatta del 1729. il primo giorno della Luna detto ancora Luna prima viene nell'anno medeſimo in tutti que' giorni, che vanno uniti all' epatta *, e perche l'Epatta del 1730. ſarà XI. verrà in tal'anno il Novilunio civile ne' giorni, che ſul Calendario ſono accoppiati coll'epatta XI. Nulla importa, che l'anno Solare ſia comune, o biſſeſtile, mentre il biſſeſto non cangia l'epatte; ne deve aſpettarſi Marzo, ma l'epatta corrente ſi cangia da un' anno Solare all'altro

que adeo quamvis aliam Lunæ diem, ſupereſt tantummodo tradenda regula, qua inveſtigatur Epacta currens.

Characteres ſignorum Zodiaci indicant quatuor anni tempora civiliter computata. Nam Sole ſubeunte Capricornum cum primo Solſtitio init Bruma, Sole Arietem ingrediente cum primo æquinoctio incipit Ver, Sole accedente ad Cancrum ab altero Solſtititio inchoat Æſtas, Sole occupante initium Libræ ab altero æquinoctio Autumnus exorditur. Uſum habent præterea ad locum Solis, & Lunæ quavis die manifeſtandum, ut ex dicendis conſtabit. Ergo patet uſus Calendarii, qui erat explicandus.

e quella, che ſerve al principio dura per tutto l'anno invariata. Dunque per ſapere le Lune novelle di qualunque anno rimane da ſpiegare la ſola regola di trovare l'Epatta corrente.

Le cifre de' ſegni del Zodiaco moſtrano le quattro ſtagioni civilmente computate. Poiche entrando il Sole nel Capricorno col primo Solſtizio entra l' Inverno, giugnendo all'Ariete comincia col primo equinozzio la Primavera, arrivando al Granchio principia dal ſecondo ſoltizio la State, toccando la Libra viene al ſecondo equinozzio l'Autunno. Servono ancora per trovare il luogo del Sole, e della Luna in qualunque giorno propoſto, come s'intenderà meglio in appreſſo. Dunque è manifeſto l'uſo del Calendario, il che era da ſpiegare.

PROPOSITIO III.

Solis, & Lunæ locum ex Calendario invenire.

Locum Solis, & Lunæ voco diſtantiam horum Planetarum a principio Arietis, quod eſt initium numerationis in Zodiaco, cujus pars duodecima ſignum vocatur, & ſignum quodlibet in triginta partes æquales dividitur, quæ gradus appellantur. Quamvis autem Sol diutius ſub uno, quam

PROPOSIZIONE III.

Ricavare il Luogo del Sole, e della Luna dal Calendario.

Luogo del Sole, e della Luna chiamo la diſtanza di queſti Pianeti dal principio d'Ariete, che è il termine da cui ſi contano gl'archi del Zodiaco, intendendo per ſegno la parte duodecima del Zodiaco, e per grado la parte trenteſima d'un ſegno. Or benche il Sole faccia più lunga dimora ſotto un Se-

quam ſub alio ſigno commoretur: eaque de cauſa characteres ſignorum Zodiaci ita per Calendarium diſtribuantur, ut non intercipiant eundem dierum numerum; locus Solis pro uſu Civili ſufficienter determinatur imputando ſigno in quo Sol verſatur tot gradus, quot diebus diſtat in Calendario tempus propoſitum à charactere præcedente ita, ut integro ſigno gradus tribuantur nec plures, nec pauciores 30. Verbi gratia quæratur locus Solis ad 26. Aprilis. Quoniam a die propoſita ad præcedentem characterem Tauri numerantur in Calendario dies 6. verſabitur Sol die propoſita circa 6. gradum Tauri ita ut ipſius diſtantia a principio Arietis ſit ſigni 1. graduum 6. ſed ſi quæratur locus Solis ad 10. diem Iunii, diebus Iunii datis ſuperaddendo alios 10. uſque ad præcedentem characterem Geminorum ſumma erit graduum 20. ergo diſtantia Solis ab Ariete erit ſignorum 2. graduum 20.

Locus Lunæ ultimæ convenit cum loco Solis, quia uno ante neomeniam civilem die Luna eſt in conjunctione cum Sole. Locus Lunæ ſeptimæ obtinetur additis ſignis 3. loco Solis, quia Luna ſeptima celebratur prima quadratura. Locus Lunæ quartædecimæ reſultat additis ſignis 6. loco Solis, quia oppoſitio pertinet ad lunam quartamdecimam civiliter ſupputatam

ſegno, che ſotto un'altro, onde le cifre de'ſegni ſono diſtribuite pel Calendario con diſuguale intervallo di giorni; non per tanto il luogo del Sole ſi ottiene quanto baſta all' uſo civile, dandogli tanti gradi quanti giorni ſul Calendario è lontano dalla precedente cifra il tempo propoſto, coll' avvertenza di non fare un intero ſegno ne maggiore, ne minore di 30. gradi. Come volendo il luogo del Sole per li 26. Aprile; contate ſul Calendario i giorni da' 26. fino alla precedente cifra del Toro, quali per eſſere ſei concludete, che il Sole ſarà al 6. grado del Toro, onde la diſtanza dal principio d'Ariete ſarà di ſegni 1. gradi 6. Ma volendo il luogo del Sole per li 10. Giugno a queſti giorni aggiugnete gl'altri 10. dal fine di Maggio alla precedente cifra de'Gemelli, e vi accorgerete, che la diſtanza del Sole dall' Ariete ſarà di ſegni 2. gradi 20.

Il luogo della Luna confronta con quello del Sole il giorno inanzi all'epatta corrente. Nel ſettimo giorno della Luna ſi ha il luogo di eſſa aggiunti al luogo del Sole ſegni 3. perche nella Luna ſettima ſi fa il primo quarto. Nel decimoquarto lunare ſi ottiene il luogo della Luna aggiunti al luogo del Sole ſegni 6. perche nella Luna quartadecima civilmente computata viene il plenilunio. Nel venteſimoprimo lunare aggiunti al luo-

Digitized by Google

tam. Locus Lunę vigeſimæ primæ habetur additis ſignis 9. loco Solis, quia Luna vigeſimaprima recurrit ultima quadratura. Demum ut locus Lunæ quovis die inveniatur reperiendus eſt locus Lunæ quartędecimæ, deinde recurrendo ad ſequentem Tebellam,

D.	S.	G.	D.	S.	G.
1.	0.	13.	5.	2.	6.
2.	0.	26.	6.	2.	19.
3.	1.	10.	7.	3.	2.
4.	1.	23.	8.	3.	15.

ubi numeri poſiti infra D. ſignificant dies, infra S. ſigna, infra G. gradus; a loco Lunæ quartædecimæ facienda eſt ſubtractio ſignorum, & graduum reſpondentium diebus, quibus tempus propoſitum præcedit quartamdecimam, vel eidem loco facienda eſt additio ſignorum, & graduum reſpondentium diebus, quibus tempus propoſitum quartamdecimam ſubſequitur additis ſignis duodecim loco Lunæ quartædecimæ ſi quando ſubtractio fieri nequeat, vel rejectis ſignis duodecim ſiquando ſumma exceſſerit eundem numerum. Ut ſi quæratur locus Lunæ ad 30. Ianuarij anno 1730., quoniam dati anni epacta eſt XI. præfixa 20. Ianuarij incidet quartadecima in 2. Februarij Sole occupante Aquarij gradus 13. Ergo diſtantia Solis à principio Arietis erit ſignorum 10. graduum 13. quibus addendo ſigna 6., & rejectis ſignis 12. erit

lo-

luogo del Sole ſegni 9. riſulta il luogo della Luna, perche in tal giorno accade l'ultimo quarto. Finalmente per trovare il luogo della Luna in qualunque altro giorno conviene cercare il luogo della Luna in quartadecima, e poſcia con ricorrere alla ſeguente Tavoletta,

D.	S.	G.	D.	S.	G.
9.	3.	29.	13.	5.	21.
10.	4.	12.	14.	6.	4.
11.	4.	25.	15.	6.	17.
12.	5.	8.	16.	7.	1.

dove i numeri poſti ſotto alla lettera D. denotano i dì del meſe, ſotto alla lettera S. i ſegni, ſotto alla G. i gradi; conviene ſottrarre dal luogo della Luna quartadecima i ſegni, e gradi riſpondenti a' giorni co'quali il dato tempo precede, o pure al luogo della quartadecima conviene aggiugnere i ſegni, e gradi riſpondenti a' giorni, co' quali il dato tempo viene dopo la quartadecima lunare aggiugnendo ſegni 12. al luogo della Luna quando non ſi poſſa fare la ſottrazzione, e rigettando ſegni 12. come ridondanti quando ſi poſſa. Così cercando il luogo della Luna per li 30. Gennaro del 1730. per eſſere XI. l'epatta dell'anno dato, caderà la quartadecima a' 2. Febraro ſtando il Sole nel 13. grado di Aquario, onde il luogo del Sole ſarà di ſegni 10. gradi 13. a' quali aggiunti ſegni 6. rigettando 12. ſarà il luogo della Luna quartadeci-

ma

locus Lunæ quartædecimæ ſignorum 4. graduum 13., ſed 30. Ianuarij triduo præcedit quartamdecimam, & diebus 3. in Tabella reſpondent ſigna 1. gradus 10. ergo facta hac ſubtractione à loco Lunę quartędecimæ ſignorum 4. graduum 13. erit locus Lunæ quęſitus ſignorum 3. graduum 3. id eſt Luna tranſibit per 3. gradum Cancri. Sed ſi quæratur locus Lunæ die 28. Aprilis anno 1729. cum dati anni epacta ſit * incidet quartadecima in 13. Aprilis ſole tenente 24. gradum Arietis, unde Lunæ quartædecimæ locus erit ſignorum 6. graduum 24. ſed tempus propoſitum poſterius eſt quartadecima diebus 5. quibus in Tabella reſpondent ſigna 2. gradus 6. Ergo his additis loco Lunæ quartædecimæ erit quæſitus Lunæ locus ſignorum 9. graduum 0. ita ut Luna tranſeat per ultimum gradum Sagittarij. Ergo patet quomodo Solis, & Lunæ locus ex Calendario inveniatur Q. E. F.

Co-

ma di ſegni 4. gradi 13. Ma li 30. Gennaro precedono la quartadecima di giorni 3. a' quali nella Tavoletta corriſpondono ſegni 1. gradi 10., che ſottratti dal luogo della quartadecima di ſegni 4. gradi 13. laſciano ſegni 3. gradi 3., dunque la Luna al tempo propoſto paſſerà per li 3. gradi di Granchio. Ma volendo il luogo della Luna per li 18. Aprile del 1729. per eſſere * l'epatta dell'anno propoſto caderà la quartadecima a' 13. Aprile eſſendo il luogo del Sole di ſegni 0. gradi 24. onde il luogo della Luna in quartadecima ſarà di ſegni 6. gradi 24, ma li 18. Aprile vengono dopo la quartadecima giorni 5. a' quali cercati nella Tavoletta corriſpondono ſegni 2. gradi 6. Dunque fatta queſta giunta al luogo della Luna in quartadecima di ſegni 6. gradi 24., ſarà il luogo cercato della Luna di ſegni 9. gradi 0. cioè paſſerà la Luna per l'ultimo grado dell'Arciere. Onde è manifeſto come ſi ricavi il luogo del Sole, e della Luna dal Calendario, il che era da fare.

Co-

COROLLARIVM I.

SI ſphæræ armillaris polo ad congruentem altitudinem elevato notetur in Zodiaco locus Solis, & Lunæ præcedenti praxi inventus, adducto loco Solis ad partem occidentalem horizontis apparebit locus Lunæ in Cœlo poſt occaſum Solis. Et ſi numerentur gradus æquatoris aſcendentes ſupra partem orientalem horizontis convertendo ſphæram donec Lunæ locus occumbat, obtinebuntur horæ, quibus Luna noctu lucet imputata ſcilicet una hora gradibus 15. æquatoris ſupra horizontem aſcendentibus.

COROLLARIVM II.

QUoniam in horologijs Solaribus umbræ gnomonum radiant horarum extrema puncta tempore ſolſtitiali, atque æquinoctialem lineam feriunt Sole ad æquatorem delato ſi conferantur cum umbris gnomonum initia tempeſtatum anni Solaris à Calendario exhibita apparebit Calendarij conformitas cum motu Solis. Et quoniam Lunæ aſpectus menſtrui ſatis perſpicui ſunt ſi conferatur ætas Lunæ à Calendario exhibita cum ipſius aſpectibus menſtruis conſtabit Calendarij conformitas cum motu Lunæ, quæ primo die nova luce fulget, ſeptimo, & vige-

COROLLARIO I.

POſto il polo della sfera armillare alla dovuta altezza, ſe ſi noteranno nel Zodiaco, i luoghi del Sole, e della Luna trovati ſecondo il già detto conducendo il luogo del Sole nella parte occidentale dell'orizzonte ſi vedrà qual ſia il luogo della Luna in Cielo dopo il tramontare del Sole, e numerando i gradi, che aſcendono ſopra la parte orientale dell' orizzonte nel girare la sfera finche la Luna tramonti; ſi conoſceranno l'ore, in cui luce di notte la Luna dando ad ogn' ora 15. gra di dell'equatore.

COROLLARIO II.

PErche negli orologi ſolari l'ombra dello ſtile paſſa per gl'ultimi punti dell'ore al tempo de' ſolſtizij, e camina l'eſtremità dell'ombra per la linea equinozziale al tempo degl'equinozzij, paragonando l'andamento dell'ombre gettate ſugl'orologi a Sole col principio delle ſtagioni eſibito dal Calendario ſi vedrà la conformità di eſſo col Sole. E perche i diverſi aſpetti, che cangia la Luna da un meſe all'altro ſono agl'occhi di ogn' uno manifeſti, comparando i giorni della Luna moſtrati dal Calendario con gl'aſpetti di eſſa, che nel primo giorno deve cominciare a vederſi illuminata, nel ſettimo, e vi-

geſimo primo aſpectum quadratum exhibet, quartodecimo luce impleri cernitur ita, ut Sol, & Luna demonſtrent Calendarium correctione non indigere.

vigeſimo primo deve eſſere illuminata per metà, nel decimoquarto deve apparire piena, ſi ſarà paleſe la conformità del Calendario colla Luna dimoſtrandoſi dal Sole, e dalla Luna il Calendario non abbiſognare di correzzione.

PROPOSITIO IV.

Cyclum Solarem conſtruere.

QUadratum illud, cui primi ſex menſes anni ſolaris inſcripti ſunt cingatur ſeptem circumferentijs æquidiſtantibus, quarum una diviſa in partes æquales 100., atque applicata regula ad centrum, & puncta diviſionum ducantur rectæ lineæ, quæ quinque zonas dividant in areas quingentas. Centum cellis infimæ zonæ inſcribantur totidem numeri juxtà naturalem ipſorum ſeriem, & ſingulis numeris imminebunt areæ quaternæ. Quartæ cellulæ reſpondenti numero 100. inſcribantur binæ literæ Dominicales (*a b*), & cellis ordine retrogrado ſeriei numerorum conſequentibus inſcribantur conſequentes literæ dominicales repetitione ipſarum facta quemadmodum in Calendario, ſed ita, ut cellis, quibus reſpondent numeri quaternarij 96. 92., & reliqui binæ literæ inſcribantur, donec impletis omnibus areolis ultimæ zonæ litera dominicalis imminens

PROPOSIZIONE IV.

Formare il Ciclo Solare.

INtorno al quadrato, che comprende i primi ſei meſi dell'anno Solare deſcrivete ſette circonferenze ugualmente diſtanti, e diviſane una in cento parti uguali applicando la riga al centro, ed a ciaſcun punto di diviſione tirate delle rette, che dividano le prime cinque faſce in cinquecento caſelle. Seguendo la ſerie naturale de' numeri empite le cento caſe della falda piu vicina al centro di altrettanti numeri, a ciaſcun de' quali ſovraſteranno quattro caſelle. Cominciando dalla quarta cella, che ſovraſta al 100. ſcrivete in eſſa due lettere (*a b*), e l'altre domenicali ſeguenti ripetendole con ordine retrogrado alla ſerie de' numeri, ed accoppiandone due inſieme nelle caſelle corriſpondenti a' numeri quaternarij 96. 92., e ſeguenti fino a riempiere tutti i quadrucci dell' ultima faſcia in guiſa, che al quarto luogo ſopra 1. tocchi la Domenicale (*f*); dopo cui ſeguendo

nel

nens numero 1. ſit (*f*). Cum autem ad hanc literam in Calendario conſequatur (*g*) collocetur (*g*) in tertia cellula ſupra 100., & retento ordine retrogrado ſeriei numerorum ſupra conſequentes areolas ſcribantur ut prius literæ geminandæ quoties occurrant numeri quaternarij, & repetendæ donec repleta zona penultima dominicalis occupans tertiam ſupra 1. cellulam ſit (*d*). Ad hanc cum in Calendario ſequatur (*c*) ponenda eſt (*c*) in ſecunda area ſupra 100., & reliquæ ut prius repetantur, ac geminentur ſupra quaternarios numeros, donec expleta antepenultima zona ſecundam ſupra 1. ſedem occupet litera (*b*); ad quam in Calendario ſequitur (*c*) locanda in prima areola ſupra 100., atque expletis hujus etiam zonæ cellulis ultima literarum dominicalium (*g*) imminebit 1. Demum à numero 12. ad numerum 39. extendendo rectas lineas, donec ultimum figuræ marginem dividant in cellas 28. eiſdem inſcribantur totidem numeri ita, ut 1. reſpondeat 12., & 2. reſpondeat 13., & reliqui reliquis juxtà naturalem ſeriem, atque abſoluta erit Conſtructio facienda.

PRO-

nel Calendario (*g*) regiſtrate queſta lettera nel terzo luogo ſopra 100. e ſeguitando con ordine retrogrado a' ſottopoſti numeri ſcrivete come dianzi le lettere, raddoppiandole ſopra a' numeri diviſibili per 4., e replicandole qual'ora finiſcono, in guiſa, che al terzo quadrello ſopra 1. empiuta tutta la penultima faſcia di lettere, tocchi la domenicale [*d*], a cui ſeguendo nel Calendario (*c*) collocate queſta lettera nel ſecondo quadrello ſopra 100., e riempiendo come prima delle ſeguenti lettere ripetute, e raddoppiate a' dovuti luoghi l'antepenultima faſcia toccherrà alla ſeconda ſtanza ſopra 1. la domenicale (*b*); a cui perche nel Calendario viene dietro la lettera [*c*] notatela nella prima cella ſopra 100., e diſtribuite come prima per tutte le caſe di queſta faſcia le lettere domenicali fin che venga a toccare [*g*] alla prima caſella ſopra 1. Finalmente prolungate le righe dal 12. fino al 39. in guiſa, che ſegando l'ultimo lembo della figura formino 28. altri quadretti, dove ſecondo l'ordine naturale collocherete altrettanti numeri talmente, che 'l 1. corriſponda al 12. il 2. al 13. il 3. al 4., e così degl'altri con che ſarà finita la coſtruzzione del Ciclo.

PRO-

PROPOSITIO V.

Cycli Solaris uſum manifeſtare.

PRæcedens conſtructio geminum Cyclum ſolarem complectitur veterem, & novum. Cyclus ſolaris vetus conſtat 28. annis Julianis, qui indicantur à totidem numeris marginalibus, & literæ dominicales hujus Cycli ſunt illæ, quæ eiſdem numeris immediatè ſubjiciuntur. Cyclus ſolaris novus conſtat 400. annis Gregorianis, quorum quarta pars indicatur à numeris infimæ zonæ, ſed quia ſingulis quaternæ imminent cellulæ dominicalium literarum centum illi anni æquivalent quadringentis. Juliani à gregorianis annis hoc differunt, quod ex inſtitutione Julij Cæſaris omnes anni centeſimi biſſextiles erant, at ex inſtitutione Gregorij XIII. anni centeſimi communes fiunt exceptis quadringenteſimis, qui biſſextiles perſeverant; unde 400. anni Juliani excedunt triduo totidem annos Gregorianos. Idcirco opus eſt Cyclo ſolari geminato, quorum vetus exhibet literam dominicalem in annis Julianis, novus in annis Gregorianis; ſive ante, & poſt correctionem, quando ab Octobri menſe anni 1582. exempti ſunt dies 10. appellando diem ſequentem ad feſtum S. Franciſci non quintam, ſed quintamdecimam ejuſdem menſis.

Utriu-

PROPOSIZIONE V.

Eſporre l'uſo del Ciclo Solare.

L'Eſpoſta coſtruzzione abbraccia due Cicli Solari uno vecchio, e l'altro nuovo. Il Ciclo vecchio contiene 28. anni Giuliani denotati dai numeri poſti nel margine della coſtruzzione. Il Ciclo nuovo comprende 400. anni Gregoriani, la quarta parte de' quali appariſce deſcritta nell'infima falda; ma perche ad ogn'anno ſovraſtano quattro caſe di lettere domenicali que' cent' anni equivagliono a quattrocento. Le lettere domenicali del Ciclo vecchio ſono le immediatamente ſottopoſte agl'anni di eſſo. Tra gl'anni Giuliani, e Gregoriani paſſa queſta differenza, che per ordine di Giulio Ceſare ogni centeſimo era biſſeſtile, ma per ordine di Gregorio XIII. gl'anni centeſimi ſi fanno comuni ritenendoſi ne' ſoli quattrocenteſimi il biſſeſto; onde 400. anni Giuliani ſuperano di 3. giorni altrettanti anni Gregoriani. Per ciò fa di meſtieri un doppio Ciclo ſervendo il vecchio a trovare la lettera domenicale negl'anni Giuliani, il nuovo negl'anni Gregoriani, cioè inanzi, e dopo la correzzione quando dall' Ottobre del 1582. furono defalcati 10. giorni chiamando il ſeguente alla feſta di S. Franceſco non quinto, ma decimoquinto del meſe.

 L'uſo

Utriuſque Cycli uſus eſt ad literam dominicalem inveniendam.

Itaque poſt correctionem, vel proponitur annus centeſimus, & diviſo numero ſæculorum per 4. quando unitas ſupereſt litera dominicalis exhibetur à primâ, quando binarius à ſecundâ, quando ternarius à tertiâ, quando nihil à quartâ cellulâ ſupra 100. vel proponitur annus non centeſimus, & propoſito tempori additur complementum ad ſæculi finem, tum diviſo numero ſæculorum per 4. quando 1. ſupereſt litera dominicalis eſt in primâ, quando 2. in ſecundâ, quando 3. in tertiâ, quando o. in quartâ cellula dati anni non centeſimi. Res patebit exemplis. Quæritur litera dominicalis anni 1600. Quoniam datus annus eſt centeſimus divido datum numerum ſæculorum nempe 16. per 4. cumque nihil ſuperſit litera dominicalis exibetur à quarta cellula ſupra 100., quæ duplex fuit (*ba*). Rurſus quæritur dominicalis anni 2700. Quoniam datus annus eſt centeſimus diviſo numero ſæculorum 27. per 4. ſnpereſt 3. Ergo litera dominicalis quæſita eſt in tertia cellula ſupra 100., nempe (*g*) Sed ſi quæratur litera dominicalis anni 1587., quoniam datus annus eſt non centeſimus propoſito tempori addo complementum ad ſæculi finem, & reſultant anni 1600. tum diviſo numero ſæculorum per 4. cum

L'uſo d'ambedue i Cicli conſiſte nel trovare la lettera domenicale.

Per tanto dopo la correzzione o vien propoſto un' anno centeſimo, e dividendo il dato numero di ſecoli per 4. quando avanza 1. la domenicale ſta nella prima, quando 2. nella ſeconda, quando 3. nella terza, quando zero nella quarta caſa ſopra il 100., o vien propoſto un'anno non centeſimo, e conviene aggiugnervi il compimento al fine del ſecolo, indi dividendo il numero de' ſecoli per 4. quando avanza 1. la domenicale ſta nella prima, quando 2. nella ſeconda, quando 3. nella terza, quando zero nella quarta caſa del dato anno non centeſimo, come apparirà dagl'eſempj. Habbiaſi da trovare la domenicale del 1600. Per eſſere l'anno centeſimo dividendo il 16. dato numero de' ſecoli per 4. avanza zero. Dunque la domenicale ſta nella quarta caſa ſopra il 100., cioè fu (*ab*). Di nuovo ſi a da trovare la domenicale del 2700. Per eſſere l'anno centeſimo dividendo il dato numero de' ſecoli 27. per 4. avanzano 3. Dunque la domenicale ſta nella terza caſa ſopra il 100. onde ſarà (*g*). Ma cercandoſi la domenicale del 1587. per eſſere l'anno non centeſimo conviene aggiugnervi il compimento al fine del ſecolo, e poi dividere il 16. numero de' ſecoli per 4. il che fatto avanza zero.

cum ſuperſit o. quæſita litera eſt in quarta cellula ſupra datum annum non centeſimum 87., ſcilicet (*d*). Demum ſi quæratur dominicalis anni 1729. propoſito tempori addendo complementum adſæculi finem reſultant anni 1800. cumque diviſo numero ſæculorum 18. per 4. ſuperſit 2. quæſita litera eſt in ſecunda cellula ſupra 29. nimirum (*b*), & ſic de reliquis.

Ante correctionem datis Chriſti annis adduntur 9., tum divisa ſumma per 28. ſi quid piam ſuperſit litera dominicalis indicatur à reſiduo, ſi nihil ſupereſt indicatur à 28. Cycli veteris. Sic ad inveniendam literam dominicalem anni 325. datis Chriſti annis addo 9., tum divisa ſumma 334. per 28. ſuperſunt 26., quibus quæſitis in Cyclo veteri ſubeſt (*c*) litera invenienda. Sed ſi quæratur dominicalis anni 1363. datis Chriſti annis addendo 9., ac dividendo ſummam 1372. per 28. nihil ſupereſt, unde litera dominicalis fuit (*a*) quæ ſubſtat numero 28. Cycli veteris.

Parum exercitatis in computo diviſio per 28. labori eſt, cujus minuendi gratia ſegmentis vacantibus Cycli inſcripti ſunt numeri multiplices ipſius 28., ut diviſione omiſsa ſubtrahantur à ſumma, donec, vel nihil remaneat, vel ſuperſit numerus quæſitus; ut ſi quæratur litera dominicalis anni 1534.

ro. Dunque la domenicale ſta nella quarta caſa ſopra il dato anno non centeſimo 87., onde fu (*d*). Finalmente cercando la domenicale del 1729. al propoſto tempo aggiugnendo il compimento al fine del ſecolo riſultano ſecoli 18., e perche dividendo il 18. numero de' ſecoli per 4. avanzano 2., la domenicale ſta nella ſeconda caſa ſopra il 29. dato anno non centeſimo, onde è (*b*). Così dite degl'altri caſi.

Innanzi la correzzione i dati anni di Criſto ſi accreſcono di 9., e diviſa la ſomma per 28. ſe rimane avanzo da eſſo vien' indicata la lettera domenicale, ſe l'avanzo è nullo la domenicale ſoggiace al 28. del Ciclo vecchio. Come per trovare la domenicale del 325. accreſcendo i dati anni di 9., e dividendo per 28. la ſomma 334. avanzano 26. a'quali cercati nel Ciclo vecchio ſta ſottopoſta la lettera (*c*) domenicale bramata. Ma per trovare la corrente del 1363. fatta la ſolita giunta di 9., e diviſa la ſomma 1372. per 28. l'avanzo è nullo. Dunque la domenicale ſta ſotto al 28. del Ciclo vecchio, onde fu (*a*).

A' poco pratici de' conti reca moleſtia il devidere per 28., in grazia de' quali nelle parti vote del Ciclo ſolare ſono ſtate diſtribuite diverſe ſomme del 28., acciò tralaſciata la diviſione trovino l'avanzo per ſemplice ſottrazzione in que-

1534. additis novem fit ſumma 1543., cumque proximè minor numerus à conſtructione exhibitus ſit 1400. hunc ſubtraho à ſumma, & remanent 143. quibus proximè minor in conſtructione eſt 140. Itaque hunc etiam ſubtraho à primo reſiduo 143., & ſupereſt quæſitus numerus 3., cui in Cyclo veteri ſubeſt dominicalis invenienda.

Utcunque numerati fuerint anni ante Chriſtum concipiuntur à Chronologis tanquam elapſi ſub forma anni Iuliani; unde ſi ad hujuſmodi tempus litera dominicalis ſit invenienda annis ante Chriſtum datis addantur 18. & divisa ſumma per 28. quando nihil ſupereſt dominicalis ſubeſt anno 28. cycli veteris, quando quidpiam ſupereſt ſubtrahatur iterum id quod ſupereſt a 28., & dominicalis manifeſtabitur à ſecundo reſiduo quæſito in Cyclo veteri. Ergo patet uſus Cycli Solaris, qui erat exponendus.

PRO-

queſta guiſa. Si a da trovare la domenicale del 1534. Aggiunti 9. la ſomma è 1543., della quale il numero proſſimo minore nel Ciclo ſi vede eſſere 1400., che ſottratto da 1543. da l'avanzo 143. ancora maggior del biſogno, e perche il proſſimo minore di eſſo nel Ciclo ſi trova eſſere 140. ſottraggo il 140. dal primo avanzo 143., ed ecco il ſecondo avanzo 3. a cui nel Ciclo vecchio ſoggiace la domenicale cercata.

Comunque ſiano ſtati contati gl'anni inanzi Criſto ſi concepiſcono da' Cronologi come paſſati alla maniera degl'anni Giuliani; onde dovendo trovare la domenicale per un tal tempo a' dati anni inanzi Criſto ſi aggiungono 18., e diviſa la ſomma per 28. quando l'avanzo è nullo la Domenicale ſta ſotto al 28. del Ciclo vecchio, ma quando rimane avanzo ſi deve ſottrarre dal 28., ed il ſecondo avanzo cercato nel Ciclo vecchio ſcuopre la lettera domenicale deſiderata. Dunque è manifeſto l'uſo del Ciclo ſolare, il che era da ſpiegare.

PRO-

PROPOSITIO VI.

Cyclum Lunarem conſtruere.

QUadrato ſex ultimos anni ſolaris menſes includenti zona circumſcribatur cyclo ſolari anguſtior, atque abſciſſis partibus ultra zonam jacentibus Cycli Solaris dorſo ita aptetur circulus iſte, ut circa proprium centrum convertatur, & quia minoris eſt diametri alteram zonam in dorſo Cycli ſolaris poſitam conſpicuam relinquat. Zona utraque in cellas tricenas dividatur, atque interioris zonæ novendecim cellis totidem inſcribantur numeri juxta naturalem ipſorum ſeriem. Ex centro quadrati arcus ducatur bifariam ſecans reliquas undecim cellas, intra quas cum adjacentibus literis ſequentes inſcribantur numeri 325. P; 1582. D; 1700. C; 1900. B; 2200. A; 2300. u, 2400. A; 2500. u; 2600. t; 2900. ſ; 3100. r; 3400. q; 3500. p. 3600. q; 3700. p. 3800. n; 4100. m; 4200. l; 4500. k; 4700. i; 5000. h; 5100. g; Exterioris Zonæ cellis ſecundum ſeriem novendecim numerorum inſcibantur epactæ reſultantes ex continuà additione XI. rejectis triginta quoties rejici poſſunt, nempe XI. XXII. III. 25. XXV. quæ ambæ eidem cellæ ſunt includendæ, & ſic ulterius uſque ad *. Demum accipiendo eaſdem epactas juxta naturalem nume-

PROPOSIZIONE VI.

Formare il Ciclo Lunare.

CIrcondate il quadrato, che contiene gl' ultimi ſei meſi dell'anno ſolare con una faſcia più anguſta del Ciclo Solare, e tagliando via le parti poſte oltre la faſcia adattate dietro al Ciclo ſolare queſto circolo in guiſa, che giri intorno al ſuo centro, e per eſſer minore laſci ſcoperta una ſeconda faſcia nel dorſo del Ciclo ſolare. Dividendo in trenta caſelle ambedue le faſce ſcrivete nelle dicianove caſe della faſcia interiore altrettanti numeri ſecondo il loro ordine naturale. Dal centro del quadrato tirato un'arco, che tagli in due parti le altre undici caſe ſcrivete in eſſe i ſeguenti numeri 325. P; 1582. D; 1700. C; 1900. B; 2200. A; 2300. u; 2400. A; 2500. u; 2600. t: 2900. ſ; 3100. r; 3400. q; 3500. p; 3600. q; 3700. p; 3800. n; 4100. m; 4200. l; 4500. k; 4700. i; 5000. h; 5100. g; Avvertendo di collocare al lato di ciaſcun numero la ſua lettera. Nelle caſe dell' altra faſcia ſeguendo l' ordine de' dicianove numeri notate tutte l'epatte, che riſultano dal ſommare continuamente undici rigettando trenta quando ſi poſſa, cioè XI. XXII. III. 25. XXV., che devono ambedue albergare nella ſteſſa caſa, e così dell'altre fino a *. Da ultimo pren-

merorum ordinem quales ſunt quæ intervallo decem cellularum interjecto diſtant ſingulis apponantur ſingulæ literæ a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. p. q. r. ſ. t. u. A. B. C. D. E. F. G. H. M. N. P. id eſt (*a*) ſupra epactam I. at (*b*) ſupra epactam II., & cæteræ ſupra cæteras uſque ad P. collocanda ſupra epactam *, & conſtructio Cycli Lunaris abſoluta erit.

PROPOSITIO VII.

Cycli Lunaris uſum patefacere.

NUmeri, qui zonæ interioris novendecim cellas tenent dicuntur aurei, & cyclum lunarem conſtituunt, quem Græci Enneadecaeterida vocant, id eſt periodum annorum ſolarium novendecim, quibus vetuſtiſſima, & notiſſima obſervatione compertum eſt omnes lunares viciſſitudines contineri, ita, ut evolutis annis novendecim novilunia ad priſtinas anni ſolaris dies revertantur. Verum quia ſubſequentes conjunctiones exiguo quidem, ſed nonnullo temporis intervallo citiùs contingunt, quàm præcedentes, etiam novilunia ita paulatim prolabuntur verſus anni ſolaris principium, ut ſæculis Iulianis 25. ſedes in Calen-

prendendo queſte medeſime epatte ſecondo l'ordine naturale de' numeri, come ſi trovano ſaltandone dieci caſe per volta ſopra ciaſcuna di eſſe ſcrivete una delle trenta lettere ſeguenti a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. p. q. r. ſ. t. u. A. B. C. D. E. F. G. H. M. N. P., cioè ſopra l'epatta I. ſcrivete (*a*), ſopra II. ſcrivete (*b*), e ſopra l'altre le lettere ſeguenti ſino alla P. da collocarſi ſopra *, che con ciò ſarà finita la coſtruzzione del Ciclo Lunare.

PROPOSIZIONE VII.

Paleſare l'uſo del Ciclo Lunare.

CHiamanſi numeri aurei quelli, che albergano nelle dicianove caſe dell'intima falda, e formano un Ciclo lunare da Greci detto Enneadecaeteride, cioè periodo d'anni ſolari 19. da' quali per antica, e manifesta oſſervazione ſi abbracciano le vicende lunari, perche paſſati 19 anni i novilunj ſi rimettono a dì primieri dell'annoSolare. Ma perche le congiunzioni ogni 20. anni vengono allo ſteſſo giorno anticipando di qualche picciolo tempo il ritorno, ancora i novilunj ſi avanzano inſenſibilmente verſo il capo d'anno talmente, che in 25. ſecoli Giuliani precorrono di otto giorni i luoghi loro aſſegnati ſul Calendario, e doven-

lendario deputatas prævertant octiduo; cumque anni Solaris caſtigatio poſtulet, ut quadringenti anni Iuliani triduo mutilentur, Cyclus decennovennalis indiget æquatione, quæ obtinetur applicata enneadecaeteride modo uni claſſi epactarum, modo alteri pro motuum lunarium diverſitate.

Anni, quibus æquatio Cycli lunaris peragitur occupant cellas aureis numeris vacuas, atque obtinetur æquatio aureum numerum 3. conſtanter combinando cum litera adhærente anno æquationis. Exempli gratia 325. P. ſignificat quod ſi aureus numerus 3. collocetur ſub P. novendecim epactæ reſpondentes annis Cycli Lunaris indicant novilunia, quæ uſum habuerunt in Eccleſia à Concilio Nicæno primo ad correctionem Gregorianam. Rurſus 1582. D. innuit quod ſi aureus numerus 3. ponatur ſub D. novendecim Epactæ reſpondentes annis Enneadecaeteridis exhibent novilunia, quæ obſervavit Eccleſia ab anno correctionis ad primum annum centeſimum communem. Demum 1700. C. denotat quod ſi aureus numerus 3. combinetur cum C. novendecim epactæ reſpondentes Cyclo decennovennali manifeſtant novilunia, quibus Eccleſia utitur, atque utetur ab anno 1700. ad annum 1900. quo nova æquatio fiet; & ſic de cæteris.

Hinc regula inveniendi Epactam

vendoſi per emendare l'anno ſolare defalcare tre giorni da quattro ſecoli Giuliani il Ciclo diciannovennale abbiſogna di ragguaglio, che ſi ottiene adattando l'enneadecaeteride ora ad una, ora ad un' altra claſſe d'epatte.

Gl'anni del ragguaglio ſono i notati nelle caſe vacanti dagl'aurei numeri, e ſi ragguaglia il Ciclo lunare collocando l'aureo numero 3. coſtantemente ſotto la lettera collaterale dell'anno da ragguagliare. Per eſempio 325. P. vol dire, che collocato l'aureo numero 3. ſotto la lettera P. le dicianove epatte corriſpondenti a gl'anni del Ciclo lunare moſtrano i novilunj uſati dalla Chieſa dal 325. fino alla correzzione Gregoriana. Parimenti 1582. D. ſignifica, che poſto l'aureo numero 3. ſotto D. l'epatte unite a gl'anni dell'Enneadecaeteride danno le lune novelle Eccleſiaſtiche dall'anno della correzzione fino al primo centeſimo comune. Allo ſteſſo modo 1700. C. accenna, che ſottopoſto l'aureo numero 3. alla lettera C. l'epatte ſovraſtanti a' numeri aurei ſervono dal 1700. fino al 1900. in cui dovrà farſi un nuovo ragguaglio, e così degl'altri.

Quindi la regola di trovare l'epatta corrente ſi riduce a due precetti uno de' quali preſcrive di ragguagliare il Ciclo lunare, l'altro di trovar l'aureo numero dell' anno

C pro-

Digitized by Google

ctam currentem duplici præcepto concluditur, quorum alterum præſcribit, ut Cyclus Lunaris æquetur, alterum jubet, ut numerus aureus anni propoſiti reperiatur. Ratio univerſalis æquandi Cyclum Lunarem peculiari propoſitione exponenda eſt. Sed ab anno 325. ad 5100. æræ Chriſtianæ æquatur Cyclus lunaris collocato numero aureo 3. infra illam literam, quæ adhæret anno non majori propoſito. Voco autem annum non majorem propoſito illum, qui vel æquatur, vel proximè minor eſt propoſito. Aureus numerus obtinetur datis annis Chriſti addendo 1., & diviſione facta per 19. ſi nihil remaneat accipiendo pro aureo numero 19. ſi quidpiam ſuperſit accipiendo reſiduum pro numero aureo. Itaque ſi invenienda ſit epacta anni 1428. Primò quoniam annus æquation s non major propoſito eſt 325. P collocando aureum numerum 3. ſub P facta erit æquatio Cycli lunaris. Secundò quoniam addendo 1. anno propoſito, & ſummam 1429. dividendo per 19. ſuperſunt 4. quibus in Cyclo æquato imminet epacta XI. hæc in Calendario indicat novilunia Eccleſiaſtica anni 1428. Sed ſi quæratur epacta anni 2737. quoniam annus æquationis non major propoſito eſt 2600. t., cyclus æquatur collocatò aureo numero 3. ſub (t), & quoniam dividendo 2738. per 19. ſuperſunt 2 qui-

